

259
MCCLXXXIX., VI. idus martii Pontificatus D.
Nicolai Papæ IV. anno II., indictione II.

*Indulgentiæ Othonis Archiep. Mediolan. pro
Ecclesia majori Alexandria.*

250
M C C X C I I.
Otho Dei, & Apostolicæ Sedis gratiæ sanctæ
Mediolanensis Ecclesiæ Archiepiscopus discretis
viris Archidiacono Præposito, & capi-
tulo Ecclesiæ, & S. Petri de Alexandria salutem in
Domino. Licet is de cuius munere venit &c., cupientes
igitur consumationi Ecclesiæ vestræ prædictæ
nostrum benevole suffragium impertiri omnibus vere
pœnitentibus, & confessis, qui ad ipsius Ecclesiæ
fabricam de suis bonis contribuerint, seu manum
porrexerint adiutricem, quadraginta dies de injun-
cta sibi pœnitentia, confisi de misericordia Jesu
Christi, & B. Ambrosii confessoris Patroni nostri
meritis indulgemus. In cuius &c. Dat. Mediolani
die X. januarii, anno Domini MCCXCII., indictione V.

*Fœdus inter commune Rocchæ vallis Urbarum,
& Alexandria.*

251
M C C X C I I.
Anno Domini MCCXCII., indictione V., X.
Julii in palatio novo Alexandria. Hæc sunt
pacta, & conventus facta inter D. Mainerium . . .
potestatem Alexandria, & Bogerium Bugerium,
& Petrum Pugnam de Dominis de Rocca, & Bos-
sium Casalem, & Ottonem Caudam habitatores
ipsius terræ Rocchæ eorum propriis nominibus, &
nomine, & vice aliorum Dominorum communis,
& universitatis hominum Rocchæ. In primis con-
stituunt se homines Rocchæ cives Alexandria, &
sub jurisdictione potestatis, & communis Alexan-
driæ, &c. II. Facere pacem, & guerram &c.
III. Recipere potestatem de Alexandria ad bre-
via uno tempore pro communi, & alio de popu-
lo, dando ei pro salario libellas XXV. Derthonen-
ses &c. IV. Debent dare dicti Domini, com-
mune &c., communi Alexandria libellas XXV.
Astenses pro custodia. V. Versavice potestas
Alexandriæ, & commune debeat dictos Dominos,
& homines . . . defendere sub pactis infra scriptis.
VI. Dicti Domini debeant facere, & tenere molen-
dinum, pedagium, & furnum in villa. VII. Quod
de suis blavis, & victualibus faciant homines Roc-
chæ ad suam voluntatem, dum ea non ducant ad
inimicos Alexandria. VIII. Quod liceat hominibus
Rocchæ, qui sunt . . . aratores in Alexandria . .
ducere . . . suas brazatas ad locum Rocchæ sine
contradictione. IX. Quod . . . liceat dictis homi-
nibus Rocchæ cum voluntate potestatis ducere . .
blavam, & victualia de Alexandria, & districtu ad
locum Rocchæ, nec alio. X. Quod potestas Roc-
chæ teneatur facere æqualiter regimen dictæ terræ
secundum ordinamentum, & statuta per homines,
& commune facta, vel facienda. XI. Quod homi-
nes Rocchæ non teneantur solvere pedagia in Ale-
xandria, vel circa, XII. Nec aliquid onus susti-

260
nere præter illud, quod sustinent cives Alexan-
driæ &c.

*Venditio curadiæ, & pedagii, & medietatem beccariæ
civitatis Aquarum facta ab Oglerio Aq. electo.*

252
M C C X C I I I.
Anno Domini MCCXCIII., indictione VI., die
Jovis ultimo aprilis in civitate Aquensi, &
in camera Othonis Boni Aquensis canonici, præ-
sentibus D. Sturiono de Bellexiis, D. Oberto Ma-
rescarco, & D. Oberto Cutica testibus rogatis. D.
Oglerius Aquensis Electus dedit, tribuit, & con-
cessit Jacobo filio D. Ricardi de Serdo quamdam
curadiam, & pedagium, quam, & quod dictus
Dominus Electus habet in civitate Aquis, & omnes
fructus, godias, redditus, & proventus dicti peda-
gii, curadiæ, & medietatem beccariæ, quas, &
quos dictus Jacobus habere, & percipere poterit
usque ad septem annos proximos, retinendo dictus
Dominus Electus in se aliam medietatem beccariæ,
& redditus, introitus, & godies ipsius, de quibus
pedagio, & curadia, & medietate beccariæ dictus
Dominus Electus prædictum Jacobum cum una . . .
quam in manibus habebat usque ad dictum tempus
septem annorum præsentialiter investivit, qui Jaco-
bus juravit, & promisit D. D. Electo fideliter cu-
rare &c. Insuper D. Jacobus remisit omnibus homi-
nibus de Tercio, & specialiter Bocardo, & filiis,
Bovero, & filiis Alberto Balbo, & mihi Notario
infra scripto recipienti, & stipulanti nomine ipsorum
omnes injurias, & omnia damna eidem facta a
prædictis & eisdem, & quemlibet ipsorum absolvit,
& eisdem remisit &c. Ego Franciscus Novellus de
Tercio Notarius Rev. in Christo Patris D. Gui-
donis Dei gratia Aquensis Episcopi, & comitis,
jussu dicti Episcopi &c.

*Renunciatio Presb. Lanfranchi Ecclesiæ sancti
Nazarii de Predasco D. Oglerio Electo Aq.*

253
M C C X C I I I.
Anno Domini MCCXCIII., indictione XV. (1),
die Veneris V. junii in civitate Aquis, in
claustris majoris Ecclesiæ præsentibus D. Arancho
Aquensi canonico, D. Presbitero Marescalco Aquensi
canonico . . . Francisco de Bellexiis Aquensi cano-
nico testibus vocatis, & rogatis. D. Oglerius Aquen-
sis Electus præcepit mihi Jacobo Botatio Notario
infra scripto, ut authenticarem, & in formam publici
instrumenti redigerem quamdam scripturam . . .
authenticatam in actis Domini Electi ad petitionem
D. Presbiteri Andreae Januensis, tenor cuius talis
est. Die Veneris XV. madii D. Presbiter Lanfran-
chus de Mursasco venit coram Domino
relinquavit, & renunciavit in manibus prædicti Do-
mini Electi administrationem Ecclesiæ S. Nazarii
de Predasco, quam cuicumque ipse Dominus Ele-
ctus volet, det in nomine Domini promittens, quod
quidquid per ipsum Dominum Electum factum fue-
rit . . . factum, & firmum habebit, atque tene-
bit, & inde cartam prædictus Electus fieri rogavit.
Ego Jacobus Botatius Imperiali auctoritate Notarius,